



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

III. Vt ex qualibet cathedrali vel collegiata ecclesia saltem vnus ex decem clericis assumatur, qui ad studia theologiae & iuris canonici accedere compellatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

libus & collegiatis, sit penitus interdicta. Quod si fecus factum fuerit, sit irritum & inane. Insuper volumus, & districte præcipiendo mandamus, quod quilibet episcopus quotiescumque ordines habeat celebrare, * tunc omnia promouendis coram se vocatis constitutionem dicti domini legati, quæ incipit, *Detestandam prælatorum auaritiam*, in Latino & vulgari faciat publicari.

ANNO
CHRISTI
1319.

* f. ante
omnia

III.

In alia etiam constitutione eiusdem legati, quæ incipit, *Cathedrales ecclesiæ*, statutum est vt in qualibet cathedrali vel collegiata ecclesia aliqui clerici ex * beneficiis apti & docibiles, iudicio episcopi vel prælati & capituli, saltem vnus ex decem de residētibus assumatur, qui ad studia generalia theologiæ & iuris canonici ac liberalium artium accedere compellatur. Quia nonnulli in executione huiusmodi constitutionis sunt remissi; volentes eorum negligentiam iuris executione suppleri, sacro approbante Concilio statuimus, vt si infra sex mensium spatium, iuxta constitutionem ipsam ad studia literarum mittere distulerint, extunc ea vice potestas eligendi & mittendi ad nos & successores nostros totaliter deuoluatur, consuetudinis vel statuti illius ecclesiæ obstaculo non obstante. IV.

* f. be-
neficiis

Cum vero in cōstitutione domini Ioannis quondam archiepiscopi Toletani prædecessoris nostri, quæ incipit, *Episcoporum negligentia*, contineatur, quod episcopi in casu, in quo fuerint legitime impediti, & cathedralium ecclesiarum capitula mittant ad Concilium procuratores idoneos de statu pro-